

sonn.
12.

unq.
VI 76



~~G. 141. 72.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
11-76. —
SIGNAT. CLIOCCXIII.

עמי עשו:

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS PRIMUS,

De

NATURA ME-
TAPHYSICÆ,

Quem

PRÆSIDE

M. JOHANNNE MANITIO,

Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,

In Alma Leucoræa

Publicæ ventilationi submisit

MARTINUS FRID. HERMANN,


Torg. Misnicus.

In Acroaterio Majori, ad d. 2. Septemb.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXV.



POSITIO PRIMA.

ENS est participium à verbo *Sum*, adeoq; origine latinum vocabulum, quod frustra ceu barbarum exagitur & antiquatur, cum ab optimis Philosophis ad exprimendam communissimam rationem, in qua res omnes conveniunt, adhibitum haecenus sit, ut vel usus longus barbara vocabula barbarie quodammodo liberare possit.

POSITIO SECUNDA.

Synonyma Entis Grammatica sunt vel absoluta, utpote Essentia, Res & aliquid, quæ omninò cum Ente coincidunt, & eidem prorsus æquipollent; vel respectiva, quæ quidem Enti æquipollent, ita tamen, ut modò loquendi & diversò respectu, quem in usu Philosophico addunt, ab Ente differant, qualia sunt existentia, Natura, Forma, Quiditas & terminus, unde cognata quædam Entis descendunt, ut Essentiale, reale, realiter, naturale, naturaliter, formale, formaliter, formalitas &c. quæ tamen ipsa magis adhuc, quàm illa distinguntur, quibus & alii termini, utpote materiale, materialiter, virtuale, virtualiter, &c. opponuntur.

POSITIO TERTIA.

Ad Ens autem Metaphysicæ considerationis non pertinet *Ens complexum*, quia plures nobis sistit conceptus; *neq; Ens rationis Objectivè consequenter tale*, quippe quod non tam Ens, quàm Entis umbra est; *neq; Ens per Accidens*, quod non est Ens, sed plura Entia; *neq; negativum Ens*. Quicquid enim Entitatem negat, aut ejus privationem dicit, illud certè eandem non ponit; *neq; Ens potentiale*, quia Entitatem suam propriam nondum habet.

POSITIO QUARTA.

Ex adverso itaq; considerationis Metaphysicæ erit *Ens incomplexum*, quod unicum saltem conceptum gignit; *Ens reale*, quod citra fictionem mentis revera datur; *Ens per se* ratione unitatis ita dictum, quod non constat ex pluribus accidentaliter unitis, sed ipsam intrinsecam Essentiam notat; *Ens positivum*, quod ponit veram Entitatem in rerum natura. Et deniq; *Ens actuale*, quod extra suas causas in rerum natura existit, sive ex causis emerferit, sive nunquam in iis latuerit.

POSITIO QUINTA.

Describitur verò Ens *absolutè pro Eo, quod habet Essentiam*
Ubi

Ubi per *to* habere *Essentiam*, non infertur reale quoddam discrimen, quum ex parte rei Ens ipsissima sit *Essentia*: *Respective* autem in relatione ad mentem nostram aliter paululum describi solet, hoc videlicet modo: *Ens est generalissimum illud, quod intellectus noster primò omnium tanquam notissimum concipit.*

POSITIO SEXTA.

Licet verò nulla Entis dari possit definitio, minus tamen rectè describitur, quod habeat aptitudinem ad *Existendum*, quum falsa præsupponatur hypothesis, quasi Ens in potentia verum Ens sit.

POSITIO SEPTIMA.

Conceptus Entis considerari potest vel *absolutè* vel *respectivè*? *Absolutè* dispescitur in formalem & objectivum, quorum ille unus est, unitate non tantum rationis, sed & rei; Hic verò itidem unus, verum non unitate rei; sed rationis tantum.

POSITIO OCTAVA.

Conceptus formalis Entis, est imago in mente ab intellectu agente ex Phantasmate formata, naturam Entis communissimam representans. *Objectivus* verò *conceptus* est nihil aliud, quam natura & ratio Entis communissima ab inferioribus abstracta, in quantum ea per formalem conceptum intellectui objicitur.

POSITIO NONA.

Inde apparet conceptum objectivum non propriè sic dictum conceptum esse, nec quidditativam conceptus rationem participare, siquidem imago intra intellectum ab ipso intellectu agente producta & à patiente recepta non est, sed per extrinsecam denominationem à conceptu formali, cui ratio *Essentiæ* conceptus propriè inest, ita dicitur, quatenus ab hoc tanquam materia in intellectu representatur. *Differunt* ergò conceptus objectivus & formalis, quod *ille* potius sit res concepta seu concipienda; *hic* v. conceptus propriè dictus: *ille* extra intellectum, *hic* intra eundem: *ille* possit esse universale quid, *hic* nunquam: *ille* objectivus queat esse Ens rationis, *hic* formalis autem semper Ens reale & positivum.

POSITIO DECIMA.

Respective conceptus Entis consideratur in ordine ad inferiora sua *partim* substantiam & accidens, *partim* DEUM & creaturas, & ita non est *equivocus*, sed *synonymus*, & quidem non *univocus*, sed *analogus* per analogiam, non proportionis vel extrinsecæ saltem attributionis; sed attributionis intrinsecæ: minimè verò genericus sed *eminens*.

TANTUM!


ULB Halle
005 129 222


3



Reho
WD 17







7

עמי עטור

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS PRIMUS,

De

NATURA METAPHYSICÆ,

Quem

PRÆSIDE

M. JOHANNNE MANITIO,

Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,


In Alma Leucoræa

Publicæ ventilationi submisit

MARTINUS FRID. HERMANN,

Torg. Misnicus.

In Acroaterio Majori, ad d. 2. Septemb.



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXV.

